


Augustus Secundus DEI Gratia Rex Polonia Magnus Dux Lithuania Russia Prussia Masovia Samogitia Lijovia
Volhynia Podolia Podlachia Livonia Smolenscia Severia Cherniehoviaz nunc Hereditarius Dux Saxonia & Princeps Elector

1731

Significamus presentibus Literis nostris quorum interest universis et singulis. Eximia Magnifici Augusti Alexandri Ducis in Klewan Carsoryski Palatini Generalis Terrarum Russia et in Exercitu Regni nostri Generalis in nos et Rempublicam merita quae sibi gloriosis Majorum suorum insistente vestigijs plurimis in occasionibus publicis quae saepe Heroica fortitudinis quae Togae saluberrimorum Consiliorum abunde cum perennatura nominis sui gloria cumulavit et cumulare non cessat. Regijs nostris pensando favoribus facendum esse duximus ut per Communis quidem Magnificae Mariae Sophiae de Franco Seniaurka Consortis Eius super Bona Lignow Gremblin Rudno in Palatinatu Pomerania Provincia Prussia sita seruis et competat Eadem Magnifico Augusto Alexandro Duci in Klewan Carsoryski communicaremus proat quidem communicamus presentibus Literis nostris, ita ut Eadem Magnifici Alexander Augustus et Maria Sophia Duces Carsoryski Palatini Russia Conjuges memorata Bona Lignow Gremblin et Rudno cum filijs Pradijs Curijs aedificijs Structuris agris Pratis, Campis, Sylvis, Borris, Patis, Lacubus, Stagnis, Piscinis, Fluvij, Fluminibus, molendinis, Tabernis apparijs Subditis Amoenibus Colonis Curum, censibus Laboribus et utilitatibus universis, alijsq; attinentijs et pertinentijs ad haec Bona ab antiquo spectantibz ambo in solidum aut uno vita facto alter eorum superstes teneant et possideant ad extrema usque sua tempora. Premittimus autem pro nobis et serenissimis Successoribus nostris non esse nos neq; serenissimos Successores nostros memoratos Magnificos Augustum Alexandrum et Mariam Sophiam Duces Carsoryskie Palatinos Russia ab usu et pacifica possessione dictorum Bonorum Lignow Gremblin et Rudno in solidum aut alienaturos, neq; amovendi aut alienandi facultatem et potestatem cuiquam daturus sed saluum et integrum suis ad vitalitatem ipsius conservabimus quod et serenissimi Successores nostri prestabunt. Cetero ne Cujus ad vitalitatem solitam Praeventuum Quarta quinquaginta parte tempore ad Thesaurum Regni inferre tenebantur Juri bus nostris Regalibus Reipublicae et Ecclesiae Catholicae salvis manentibus. In quorum fidem praesent manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri iussimus. Datis Varaviae Die Quinta Mensis Decembris Anno MDCCXXXI Regni vero nostri XXXV Anno

Augustus Rex



Jus Communicatum super Bona Lignow Gremblin Rudno in Palatinatu Pomerania Provincia Prussia sita Magnificae Mariae Sophiae de Franco Seniaurka seruent. Magnifico Augusto Alexandro Carsoryski Palatino Russia marito Eius

Adamus Stanislaus Grabowski
Cancellarius Regius Secretarius

In officio parte committam, varianda
89. mem. Xno 1731. 939.

Profance Claritate
Illustrissimi Excellentissimi
ac Reverendissimi Domini Jo-
annis in Episcopio Lipschi Profana-
larii Regni Nominati Episcopi
Luccoriensis Abbatis Pars Torba
Sigillatum

Lipino